



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De gratia, quæ liberat voluntatem sie virtus est vel non. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

operator. Ideoq; opus Dei tantum est, sicut de virtute iustitiae Augu. docet super illum locum psalmi, *Feci iudicium & iustitiam: ita dicens. Iustitia magna virtus animi est, quam non facit in homine nisi Deus:* Ideoq; cum ait propheta ex persona Ecclesiae, *Feci iustitiam: non ipsam virtutem, quā non facit homo, sed opus ei intelligivolut:* Ecce aperte insinuatur hic, quod iustitia in homine non est opus hominis, sed Dei: quod & de aliis virtutibus itidem intelligendum est.

*In 10.8.eon-
tione 26. in
princip. ad
veri hunc
fecit iudicium.*

*De fide itidem dicit, quod non est ex homine, sed ex Deo
tantum.*

B

Ephes. 2.6.

Nam de gratia fidei Ephesiis scribens Apostolus, similiter fidem non ex homine, sed ex Deo tantum esse assertit, inquiens, *Gratia eit̄is salutati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* Quod a sanctis ita exponitur, *Hęc scilicet fides, nō est ex vi naturae nostrae, quia donum Dei pure est.* Ecce & hic aperte traditur, quod fides non est ex libertate arbitrii, siue ex arbitrio voluntatis: quod superioribus consonat, ubi dictum est, *gratiā praeuenientem vel operantem esse virtutem, quae voluntatem hominis liberat & sanat.* Vnde Aug. in li. despiritu & litera ait, *Iustificati sumus non per libera voluntatem, sed per gratiam Christi: non* *quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia voluntatem, & sana voluntas impleat legem.* *Degratia quae liberat voluntatem: quae si virtus est, virtus non est ex libero arbitrio, & sic non est motus*

mentis.

C

Si igitur gratia, quae sanat, & liberat voluntatem hominis, virtus est vel una vel plures. cū ipsa gratia nō sit ex arbitrio voluntatis, sed eam potius sanat a: præparat, ut bona sit: cōsequitur ut virtus nō sit ex libero arbitrio: & ita nō sit motus vel affectus mētis, cū omnis motus vel affectus mētis sit ex li. arbitrio:

Dd 4

Aug. cap. II. ante mediū l. 2. de bono perseverantia tom. 7.
 Aug. I. de duab. animab. cap. 12. post mediū, Tomo. 6.
 Hic aperit ad quid predicta tēdant ut innotesceret an virtus sit motus mentis vel non. Fer simile ostendit. & est cōparatio inter tria, & tria.

bitrio sed bon⁹ ex gratia est & libero arbitrio, malus vero ex libero arbitrio tantum. Ut n. ait August. in li. retract Homo sponte & libero arbitrio cadere potuit, nō etiam resurgere. Idem in lib. de duabus animabus: Animē si libero ad faciendum & non faciendum motu animi careant, si deniq^{ue} his abstinenti ab opere suo potestas nulla cōceditur: earum peccatum tenere non possumus. Hic perte ostenditur, q^{uod} motus animi siue ad bonum siue ad malum, ex libero arbitrio est. Ideo q^{uod} si gratia vel virtus motus mentis est, ex libero arbitrio est. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte est, iam non solus Deus sine homine eam facit. Propterea quidam non in erudite tradunt, virtutē esse boni mentis qualitatē siue formam, q^{uod} animam informat: & ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuuatur, vt ad bonum moueatur & erigatur: & ita ex virtute & libero arbitrio nascitur bonus motus, vel affectus animi, & exinde bonū opus procedit exterius: sicut pluia rigatur terra, vt germinet & fructum faciat: nec pluia est terra, nec germen, nec fructus: nec terra germen vel fructus: nec germen fructus: ita gratia terrae mentis nostrae, i. libero arbitrio voluntatis, infunditur pluia diuinæ benedictionis, id est, inspiratur gratia, quod solus Deus facit, non homocum eo: qua rigatur voluntas hominis, vt germinet & fructificeret, id est, sanatur & præparatur vt bonum velit, secundum q^{uod} dicitur operans: & iuuatur vt bonū faciat, secundū q^{uod} dicitur cooperans. Et illa gratia virtus nō incōgrue nominatur, q^{uia} voluntatem hominis in firmā sanat & adiuuat.

Qualiter intelligatur ex cū ex se-
 la gratia es-
 se dicuntur.

Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita,
 & de qua gratia hoc intelligatur. D

Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita,
 & incipere, aut intelligatur gratia gratis dans, id
 est, De^o; vel poti⁹ gratia gratis data, q^{uod} voluntate
 homi-